AUTHOR:

LENHOFF, THEODOR

TITLE:

ADNOTATIONES AD LOCOS AGAMEMNONIS..

PLACE:

NEU-RUPPIN

DATE:

1863

Master Negative #

93-81640-18

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Lenhoff, Theodor,
...Adnotationes ad locos Agamemnonis Aeschyleae, scripsit Th. Lenhoff. Neu-Ruppin, Kühn, 1863.
18 p. 27 cm.

[Programm] des K. Friedrich-Wilhelms-gymnasium...

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 14x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/6/93 INITIALS F.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

Zu der öffentlichen

Prüfung und Redeübung

der Zöglinge

des

Königl. Friedrich-Wilhelms-Gymnasiums,

welche

am 31. März 1863

veranstaltet werden soll,

ladet ehrerbietigst ein

Dr. Friedrich Gottlob Starke,
Professor und Direktor, Ritter des rothen Adlerorbens vierter Klasse.

Inhalt:

Neu-Ruppin,
Dampf-Schnellpressendruck von Gustav Kühn.
1863.

Adnotationes

ad locos aliquos Agamemnonis Aeschyleae.

Adnotationes ad locos aliquos Agamemnonis Aeschyleae.

Scripsit **Th. Lenhoff.**

---

v. 1 et 2. *Θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων,*
φρουρᾶς ἐτείας μῆκος, ἣν κοιμώμενος κτλ.

Statim ab initio tragoediae summa difficultas movetur verbis *φρουρᾶς ἐτείας μῆκος*, in quibus explicandis et veteres et recentiores interpretes mirum quantum exercuerunt ingenia.

Valckenarii conjecturam *μῆχος*, probatam illam Schneidewino, vix dubium esse potest, quin Hermannus jure repudiaverit; nam quis tandem Aeschylum id egisse sibi persuadebit, ut antecedentem vocem *ἀπαλλαγὴν* et usitatissimam et maxime perspicuam quasi interpretaretur vocabulo longe minus usitato, quale *μῆχος* est? Sed veram explicandi loci rationem ne Hermannus quidem mihi videtur ingressus esse. Quod enim accusativum *μῆκος* tamquam liberiore appositionis genere antecedentibus additum esse statuit intellecto tali verbo, quo significaretur *in mente habeo* (coll. Aesch. Ag. v. 1054. *μαρτυρίοισι γὰρ τοῖσδ' ἐπιπείθομαι, Κλαιόμενα τάδε βρέφη σφαγάς.* Soph. Ant. v. 857. *ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας, πατρὸς τριπλοιστὸν οἶκτον*): eiusmodi structura in carmine concitatioris affectus pleno ferri poterit, in trimetris ac sedato sermone non item. Cum Klausenio autem si qui locum ita interpretantur, ut deleto quod vulgo ponitur post *πόνων* commate *μῆκος* accusativum spatii esse opinati conjungant cum verbis *θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων* (*per annuae vigiliae longitudinem* a diis peto malorum finem), vereor, ne contortum quoddam dicendi genus procudisse videantur, quippe quum ipsae vigiliae sint illud malum, quo speculator sese liberari cupiat. Quae quum ita sint, in vulgata librorum scriptura si acquiescimus, nihil restat nisi ut in sententiam abeamus eorum, qui Scholiastam secuti *μῆκος* ad *ἐτείας* referunt et *φρουρᾶς ἐτείας* pro appositione esse judicant verborum *τῶνδε πόνων.*

Negavit quidem nuper Wunderus (de Aesch. Ag. p. 7.), verbis *φρουρᾶς ἐτείας μῆκος* genitivum *τῶνδε πόνων* explicari, quum ex iis, quae v. 12—19 sequuntur, *πόνους* non tam excubiarum molestias, quam dolorem de misera domus Agamemnoniae conditione a speculatore intelligi satis appareat. At vero hic dolor ab excubiarum molestiis non sejungitur tamquam diversus, sed arctissime videtur cum iis cohaerere, quia speculator, quum somno careret, per totam noctem dolori sese dare tristemque absente Agamemnone rerum domesticarum conditionem deplorare potuit. Quae v. 16—20 speculator dicit, ea, tantum abest, ut prorsus novi aliquid contineant, ut sint *ἐπεξήγησις* quaedam et uberior declaratio verborum *τῶνδε πόνων, φρουρᾶς ἐτείας μῆκος.* Quid? quod pronomen *τῶνδε*, quod *δεικτικῶς* ut ajunt usurpari solet, postulare videtur, ut de aerumnis, quae quasi oculis cernuntur, de molesta scilicet illa excubitoris custodia potius quam de animi dolore cogitemus? Quod autem accusativus *μῆκος* qui dicitur explicativus adjectivo *ἐτείας* additur, id similibus

dicendi formulis, quales sunt *πολλοὶ τὸ πλῆθος, ἑκατὸν τὸν ἀριθμόν, πλῆθος τ'αν ἀριθμοι* (Aesch. Pers. v. 40) satis defenditur. In his enim quemadmodum de multitudine et numero potissimum agi significatur, sic in *ἐτείας μῆκος* longitudinis notio intenditur. Stat in eadem sententia Engerus, qui ne quis illud *μῆκος* languide, ne dicam cum Wundero inepte, additum esse censeat, hoc monet: „*μῆκος* ist hinzugesetzt, weil der Wächter nicht von der *φρουρὰ ἐτεία*, der jährigen Wache, befreit sein will, sondern von der Wache, die nun schon ein Jahr dauert." Cfr. Bamberg. Opusc. p. 54: „Excubitor vigiliarum impatientissimus miseram suam conditionem queritur. Ob impatientiam voci *ἐτείας* bene *μῆκος* superadditum, eamque ita pingit, ut se excubias agentem jam sidera eorumque ortus et occasus edidicisse affirmet." Quamquam illud verum est, et in hoc accusativo explicationis causa addito eo minus inesse offensionis et excubitoris vigiliarum impatientissimi de misera sua conditione querelas eo videri justiores, si non unius anni, sed multorum annorum excubiae intelliguntur. Grammaticam quidem rationem quod spectat, Ahrensius (Philol. 1859. Erst. Suppl. Heft II. p. 220 ff.) nihil demonstravit obstare, quominus *φρουρὰν ἐτείαν* eo sensu accipiamus, ut sit *φρουρὰ* non *ἔτους*, sed *ἐτῶν*, eine jahrelange, Jahr aus Jahr ein dauernde Wache. Atque idem V. D. bene refutavit sententiam eorum, qui propter notissimum illud Calchantis vaticinium, fore, ut Troja nono demum anno exacto caperetur, excubias illas non ante initium decimi anni necessarias fuisse statuunt.

Verumtamen quotiescunque hunc locum legens diversas eius explicationes intueor, subnascitur mihi quaedam dubitatio, num recte sese habeat librorum lectio, animusque magis eo inclinat, ut vitium in ea latere arbitrer, quo sublato interpretationis difficultas levari possit. Quod quidem vitium non in *μῆκος*, sed in pronomine *ἣν* quaerendum esse varietas lectionis arguit. Quid plura addam? Certum est, Aeschylum scripsisse: *Θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων,*
φρουρᾶς ἐτείας μῆκος ὃς κοιμώμενος κτλ.
et *ἣν* pro *ὃς* librariis deberi, qui neglecto sententiarum nexu pronomen relativum non ad excubitoris personam, sed ad propiorem vocem *φρουρᾶς* adnecterent. Qua conjectura recepta illud *φρουρᾶς ἐτείας μῆκος* nemo non intelligit cum participio *κοιμώμενος* conjunctum spatii accusativum esse idemque significare atque *μακρὸν χρόνον φρουρᾶς ἐτείας* sive *διὰ φρουρᾶς ἐτείας*.

In eodem pronomine *ἣν* Karstenius, loci difficultates et ipse maiores esse ratus quam quae justa interpretatione tolli possint, vitium sibi deprehendere videtur locumque sic restituere conatur:

Θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων·
Φρουρᾶς ετείας μῆκος ἐγκοιμώμενος
Στέγαις Ἀτρειδῶν . . . .

Quam quidem emendationem nemo non fatebitur et facilem esse et multum adjuvare, ut omnia fluant sine ullis salebris. Quamquam in eo fallitur V. D., quod illam eo certiorem esse judicat, quod praepositio *ἐν* ante *στέγαις* omitti vix potuerit; constat enim poetas ad locum ubi quid fiat significandum ab usu dativi praepositione *ἐν* carentis non abhorruisse. Cfr. Aesch. Prom. v. 81. *κώλοισιν.* ibid. v. 147 *πέτρᾳ.* Soph. Antig. v. 226. *ὁδοῖς.* Trach. v. 730. *οἴκοις.* Eurip. Hec. v. 1261. *πόντῳ.*

v. 7. *Ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν.*

Weilius, quem de Aeschylo et emendando et explicando nuper optime meritum esse constat, quamquam vocabulo *ἀστέρας* nusquam alibi ab Aeschylo usurpato offenditur idque glossam sapere existimat ad *δυνάστας* additam, totum tamen versum ejiciendum esse negat, ne in verborum ornatu subsistat oratio, sed perveniat ad rem ipsam, qua anni tempora significantur. Itaque pro interpretamento *ἀστέρας* satis habuit quod ipsi maxime probabile videtur *δυσμαῖς* reponere. Sed ut alia omittam, quae in hoc versu insunt multa cur abjiciatur potius quam sur servetur,*) illud certe non videtur

*) Articulum nusquam in fine trimetri apud poetas Atticos pronominis demonstrativi loco usurpari argumentis demonstravit satis idoneis Kienert (Zur Kritik der attischen Dichter. Coeslin 1856.)

negligendum, difficile inventu esse, qua ratione cum antecedentibus verba *ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν* jungenda sint. Quae duo membra sibi invicem opposita quum particula *τε* connexa sint, grammaticam eorum rationem eandem esse statuamus necesse est. Quemadmodum igitur alterum membrum *ἀντολάς τε τῶν*, quod mutata constructione pro *ἀνατέλλωσί τε* dictum esse videtur, ex verbo *κάτοιδα* aptum est, sic prius membrum *ὅταν φθίνωσι* ab eodem verbo pendere putandum esset, ita ut haecce sententia evaderet: „*Novi sidera, quando occidant eorumque ortus* i. e. *et quando oriantur.* Atqui hoc fieri nequit, quoniam particula *ὅταν* nunquam interrogative ponitur. Itaque verba *ὅταν φθίνωσι* non possunt referri, nisi ad ea, quae proxime antecesserunt: *φέροντας χεῖμα καὶ θέρος βροτοῖς.* At his alterum membrum *ἀντολάς τε τῶν* adjungi non potest, quod unde pendeat frustra quaeritur. Jure igitur hunc versum, omissum ab Achille Tatio Isag. in Arat. p. 81. et obelo notatum a Valckenario ad Eur. Phoen. v. 506 nuper Karstenius*) et Hartungius quasi pannum inepte adsutum ejecerunt.

v. 12—19. *εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τ' ἔχω*
εὐνήν, ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην,
ἐμήν· φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ,
τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνῳ·
ὅταν δ' ἀείδειν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ,
ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος,
κλάω τότ' οἴκου τοῦδε συμφορὰν στένων,
οὐχ ὡς τὰ πρόσθ' ἄριστα διαπονουμένου.

Nuper a Karstenio eorum explosa sententia est, qui protasin, quae ab *εὖτ' ἂν* incipit, interposita parenthesi interruptam v. 16 verbis *ὅταν δ' ἀείδειν . . . . . . ἐντέμνων ἄκος* continuari atque apodosin v. 18 *κλάω τότ' οἴκου . . . . . . διαπονουμένου* sequi existimant. Videamus, quibus rationibus permotus ab hac sententia discesserit. Ac primum quidem negat, duo illa membra *εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον* etc. et *ὅταν δ' ἀείδειν* etc. ita esse comparata, ut alterum altero continuari possit, quum tantum absit, ut unum idemque exprimant, ut sibi invicem sint opposita. In priore enim enunciato hanc inesse sententiam: „*quum in lecto recumbo ad somnum capiendum,*" in altero: „*quum somnum cantilena pellere conor.*" Deinde versum 16. *τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνῳ* duobus vitiis laborare putat, quum neque *τὸ μή* cum infinitivo adjungi possit verbis *φόβος παραστατεῖ* et iteratum illud *ὕπνου — ὕπνῳ — ὕπνου* mirifice langueat atque adeo inepte dictum sit.

Quae cur non recte disputata esse censeam, haec me argumenta movent. Primum enim oppositionem illam, quam inter duo illa membra, quibus protasis extenditur, sibi deprehendere videtur V. D., verbis non revera contineri, sed falsa interpretatione ab ipso excogitatam esse facile invenies. Quid ita? Quia speculator ille non ad somnum capiendum, sed potius ad vigilandum in cubili recumbit metuque impeditur, quominus palpebras arcto somno claudat. Quod quum ita sit, quid mirum, si nocturnum tempus conatur cantando aut minuriendo fallere, ne somno opprimatur? Vides igitur, sententiam superioris membri eam esse, quae interjectis verbis *φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ* continuari altero membro atque absolvi possit. Neque tamen diffiteor, omnia multo rectius decurrere magisque sine salebris fluere, si amplectimur, quod una littera addita legendum esse suspicatur Weilius *ἔνδροσόν τ' ἔχων.* — Neque maiori offensioni esse potest, quod poeta *τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα*

*) Karstenius: „Deleto," inquit, „hoc versu pulchre clauditur enuntiatum splendidis his verbis: *λαμπροὺς δυνάστας, ἐμπρέποντας αἰθέρι.* Probabile est, versificatorem, quum ad *δυνάστας* adnotatum reperisset *ἀστέρας*, inde versiculum concinnasse, ductum fortasse e Prometh. v. 457:

ἔστε δή σφιν ἀντολάς ἐγώ
ἄστρων ἔδειξα τάς τε δυσκρίτους δύσεις."

συμβαλεῖν ὕπνῳ adjunxit verbis *φόβος παραστατεῖ*, quippe quibus impediendi vis subjecta sit. Quod autem pro simplici *μὴ συμβαλεῖν* positum est articulo addito *τὸ μὴ συμβαλεῖν*, hac dicendi ratione Aeschylum quoque interdum usum esse hisce locis confirmatur: Prom. v. 236. *ἐξερυσάμην βροτοὺς τὸ μὴ . . . . . μολεῖν.* Agam. v. 1130. *ἄκος δ' οὐδὲν ἐπήρκεσαν τὸ μὴ . . . . . παθεῖν.* Choeph. v. 299 sqq. Eumen. v. 686. *φόβος τε συγγενὴς τὸ μὴ ἀδικεῖν σχήσει.* Vox autem *ὕπνος*, ut ad illud tertium veniamus, quod ternis versibus proxime inter sese junctis ter recurrit, illud quamquam jam ante Karstenium Schuetzius quoque vituperavit et a more Aeschyli variare verba soliti alienum esse censuit, huic tamen loco vel maxime convenire videtur propter sollicitum animum speculatoris, qui sub divo pernoctans somno se carere imprimis dolet. Quid? Quod nemo omnino hodie huic argumento multum auctoritatis tribuet post ea, quae Weichertus, Paldamus, Jahnius aliique de iteratione eiusdem vocabuli apud poetas haud raro obvia ad Vergilii libros exposuerunt. Cfr. Schneider. ad Aesch. Prom. v. 6. Elmsl. ad Eur. Med. v. 157. — Haec omnia si recte perpendimus, facile nobis persuademus, in utroque membro de eadem re agi, orationem autem propter parenthesin liberius conformatam esse, particula *ὅταν* perspicuitatis causa addita, ut orationis series longiore interpositione obscurata iterum ab initio repeteretur. Ergo *δέ* particula post *ὅταν* posita non opponentis est, sed resumendae orationi parenthesi interruptae inservit, ita ut *ὅταν δέ* significet *quando igitur*. Cfr. Wolf. Xen. Hell. I. 3. 20. Anab. V. 2. 13.

Si quaerimus, qua ratione Karstenius locum emendandum esse censeat, in conjecturas eum incidisse facile intelligimus, quibus perversa quaedam orationis series efficitur. Qui si mutato *μή* in *μέν* et *ὕπνῳ* in *ὀκνῶ* apodosin existere existimat, quae et protasi *εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον . . . . . .* aptissime respondeat et cum sequentibus optime concinat, prorsus neglexisse videtur, quam absurde conjunctae sint duae illae sententiae *φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ* et *τὸ μὲν βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὀκνῶ.*

Aliam emendandi huius loci viam ingressus est Rauchensteinius (Emendationes in Aesch. Agam. Aroviae 1859.), qui priorem protasin removendam esse ratus hancce conjecturam proposuit: *ἐγὼ δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τ' ἔχω Εὐνὴν ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην. Τί μήν; φόβος γὰρ* etc. Sed ne haec quidem conjectura recipienda videtur, dummodo vulgatae lectionis sensum recte constituas.*)

v. 39 sqq. . . . . . . *ἐπεὶ Πριάμου*
μέγας ἀντίδικος,
Μενέλαος ἄναξ ἠδ' Ἀγαμέμνων,
διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου
τιμῆς ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδᾶν.

In junctura verborum *μέγας ἀντίδικος, Μενέλαος ἠδ' Ἀγαμέμνων* a Karstenio inconcinnitas quaedam castigatur, cui medendum esse arbitratur transponendo hoc versu, ut haecce orationis series prodeat:

μέγας ἀντίδικος,
διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου
τιμῆς ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδᾶν,
Μενέλαος ἄναξ ἠδ' Ἀγαμέμνων.

*) Mirum est de huius loci structura judicium Bambergeri, qui Opusc. Philol. p. 56. haec protulit: „Post *ὕπνῳ* aposiopeseos signum ponendum, quia apodosis omissa est. Noli enim de artificiosa constructione cogitare, quam Wellauerus proposuit, qua admissa excubitor longe aliud dicit atque in mente habet. Luget ille miseram suam conditionem, quod pro somno insomnia, pro cantu, quo in excubiis et vigiliis tempus fallere solebat, lamentatio de domus Agamemnoniae miseria et gemitus sibi contingant. Quam igitur in mente habet, apodosis haec est: Quando lectum meum teneo, insomniis agor; quam omittit, quia eandem sententiam jam protasi intulit, unde, ne eadem repetat, orationem abrumpit." Quod quidem Bambergeri judicium egregie refutatum est a Wundero (de Aesch. Agam. p. 9).

Inconcinnitatis quid insit in vulgari ordine, equidem non perspicio; bene enim verbis *μέγας ἀντίδικος* chorus primum Menelaum, cuius injuria a Paride illata bellum conflaverat, deinde Agamemnonem, belli ducem, adjungit, quos cum arctissime inter sese connexi sint communi appositione *διθρόνου . . . . . . Ἀτρειδᾶν* complectitur. Conferri possunt quae plane similiter dixit poeta v. 114. *οἰωνῶν βασιλεὺς — ὁ κελαινὸς ὅ τ' ἔξοπιν ἀργᾶς φανέντες.* Contra quae a Karstenio versuum series constituitur, ea vix probanda videtur, propterea quod vox *ζεῦγος* genere non congruens cum masculino *ἀντίδικος* continuo illud sequitur.

v. 50 sqq. *οἵ τ' ἐκπατίοις ἄλγεσι παίδων*
ὕπατοι λεχέων στροφοδινοῦνται
πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι,
δεμνιοτήρη
πόνον ὀρταλίχων ὀλέσαντες.

Epitheton *ἐκπάτιος*, quod hoc uno loco apud Aeschylum occurrit, praeeunte Schuetzio*) ab Engero ad *παίδων* refertur, quasi *ἐκπατίοις ἄλγεσι παίδων* dictum sit pro *ἄλγεσιν ἐκπατίων παίδων*, *dolore de liberis abactis.* Quae quidem interpretatio vereor ut recte sese habeat. Quamquam enim verum est, tragicos epitheta saepenumero nominibus non suis applicare, dummodo notiones, quibus opus est, in tota verborum complexione adsint, eamque ob rem adjectiva, quae proprie genitivo addenda erant, interdum substantivo, unde genitivus regitur, adjungere (cfr. Soph. Phil. v. 1123 *πολιᾶς πόντου θινός.* Eur. Jon. v. 292. *χάσμα σὸν χθονός*): hoc tamen fieri non posse videtur, nisi ubi genitivus is est, qui subjectivus dicitur, eiusque vis cum nomine, unde pendet, in unam quasi notionem transit. Nondum equidem in eiusmodi liberiorem adjectivi collocationem incidi, ubi genitivus objective intelligendus est.**) Accedit, quod in epitheto *ἐκπάτιος* ad pullos relato ea vis inesse non potest, ut *παῖδας ἐκπατίους* accipiamus pullos *e nido abreptos;* dicuntur potius *παῖδες ἐκπάτιοι* pulli, *qui extra viam vagantur,* quae quidem explicatio in hunc locum non caderet, quum *ὀρτάλιχοι* sint, ut ait Hesychius, *οἱ μηδέπω πέτεσθαι δυνάμενοι.* Acquiescendum igitur in vulgata verborum interpretatione, qua *ἐκπάτιον* metaphorico sensu id dici putatur, quod extra viam tritam vagatur, quidquid igitur *immodicum* est et *certis rationis finibus destitutum.* Genitivus autem *παίδων* nescio an rectius cum *λεχέων* quam cum *ἄλγεσι* conjungatur, quum unde orti sint dolores, versibus subsequentibus *δεμνιοτήρη πόνον ὀρταλίχων ὀλέσαντες* satis indicetur.

Quae sequitur omnium codicum scriptura: *ὕπατοι λεχέων στροφοδινοῦνται* conjecturis non temere tentanda est. Quamquam enim Karstenius *ὕπατοι λεχέων* simpliciter dici posse jure negat pro *ὑπὲρ λεχέων*, quum *ὕπατος* significet *summus*, in eo tamen fallitur, quod superlativi vim ab hoc loco alienam esse judicat, neque omnino perspexit, quam praeclare inter sese cohaereant *ὕπατοι λεχέων* et *ὕπατος δ' ἀΐων* (v. 55) et *τῶνδε μετοίκων* (v. 57). *ὕπατοι λεχέων* non simpliciter ponitur pro *ὑπὲρ λεχέων*, sed ita, ut simul retineatur superlativi notio, quippe quum vultures in summo aethere supra cubile volitantes intelligendi sint. Neque sine causa iis hoc epitheton inditum est; quemadmodum enim dii, et Apollo et Pan et Jupiter, sunt *ὕπατοι* (*ὕπατος δ' ἀΐων ἤ τις Ἀπόλλων ἢ Πὰν ἢ Ζεὺς . . . .*), non solum potestate, sed etiam sedibus suis, quippe qui in summis

*) „*ἐκπατίοις ἄλγεσι παίδων* pro *ἄλγεσι διὰ παῖδας ἐκπατίους.* Est autem *ἐκπάτιος* i. q. *μέτοικος* v. 58. h. l. *abactus, e medio raptus.*" Schuetz.

**) Eadem de causa improbanda videtur interpretatio verborum *δεμνιοτήρη πόνον ὀρταλίχων* (v. 53) ab Hesychio proposita, qua *πόνον* refert ad curam parentum, *δεμνιοτήρη* autem ad pullos nidum servantes, quasi idem sit atque *πόνον ὀρταλίχων δεμνιοτήρων.* Nihil aliud his verbis significari potest nisi labor, quem parentes pullis incubando sustinuerunt. Cfr. Todtii de Aeschylo vocabulorum inventore commentationem p. 56.

potissimum montibus habitent ibique vel maxime colantur (cfr. Welker. Gr. Götterlehre I. p. 169): sic vultures in summo aethere volitantes et in altissimis locis Apollini vel Pani vel Jovi sacris nidulantes vocantur *ὕπατοι*, quasi deorum vicini, coelestium deorum quasi inquilini (*μέτοικοι* v. 57*). Vides igitur, vocem *ὕπατος*, qua Karstenius eo magis offenditur, quod statim recurrit, ab Aeschylo de industria bis positam neque recipiendam esse eiusdem V. D. conjecturam *ἐπάνω λεχέων*. Ceterum genitivus *λεχέων* potest sane dubitari, utrum a verbo *στροφοδινοῦνται* an ab adjectivo *ὕπατοι* pendeat. Priorem rationem ingressus est Engerus, qui *στροφοδινοῦνται λεχέων* idem esse vult quod *δινοῦνται κύκλῳ λεχέων*; altera loco Timaei Locr. p. 100 *ὑπάτῳ τοῦ σκάνεος ἅπαντος* confirmatur. Neque dissimilem genitivi usum reperies Hom. Jl. VI. v. 118. *ἄντυξ, ἣ πυμάτη θέεν ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης*. Cfr. Bernhardy Synt. p. 139. In verbis autem *ὕπατός τε χώρας Ζεύς* (Agam. v. 497) a Schneidero in comparationem vocatis genitivi alia est ratio. — Klausenii interpretatio: „*ὕπατοι λεχέων*. Vis comparativi addita superlativo, ut Herod. II. 35, *Αἴγυπτος πλεῖστα θαυμάσια ἔχει ἢ ἄλλη χώρη*," quid tandem sibi velit, equidem prorsus non intelligo.**)

v. 6059. *οὕτω δ' Ἀτρέως παῖδας ὁ κρείσσων*
ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πέμπει ξένιος
Ζεύς.

In his verbis Karstenius librorum scripturam *κρείσσων* male mutavit in *κρείων*, ionice dictum pro *κρέων*. Negat enim deos dici *κρείσσους* i. e. *maiores*, nisi si aut minoribus diis (Prom. v. 902 *μηδὲ κρεισσόνων θεῶν — ὄμμα προσδράκοι με*) aut hominibus (Plat. Euthyd. p. 291. A. *μήτις τῶν κρειττόνων παρὼν αὐτὰ ἐφθέγξατο*) opponuntur. Fateor; sed neglexit subtilis ille criticus, ne hoc quidem loco *τὸν κρείσσονα Δία* simpliciter dici, sed ratione habita Paridis, ad cuius scelus vindicandum Atridae a Jove hospitali, cuius potestas longe est major, contra Trojam mittuntur.

v. 69 sqq. *οὔθ' ὑποκλαίων οὔθ' ὑπολείβων*
οὔτε δακρύων ἀπύρων ἱερῶν
ὀργὰς ἀτενεῖς παραθέλξει.

Ineptam quandam tautologiam in his verbis inesse vix potest negari. Quamquam enim sunt, qui aliquid interesse statuant inter *ὑποκλείων* et *δακρύων* atque illud de *lamentis* sive *precibus flebilibus*, hoc de *lacrimis* accipiant, eiusmodi tamen vocabulorum abundantia propter interpositum quod diversi generis est participium *ὑπολείβων* neutiquam ferenda videtur. Quapropter Hermannus et Bambergerus (Opusc. Philol. p. 38) verba *οὔτε δακρύων* tamquam glossema ejicienda esse censuerunt. Qui vereor ut verum viderint; vis enim participii *ὑποκλαίων* tam est perspicua, ut parum sit probabile, interpretationem aliquam a Scholiasta esse additam. Hinc fit, ut corruptelam

*) Ne in hoc quidem vocabulo cum Karstenio haesitandum neque ad conjecturas confugiendum esse, dummodo recte interpreteris, ex iis. quae supra exposui, facile apparet. Simili potestate utuntur *μέτοικος* et *μετοικία* apud Sophoclem in Ant. v. 852. 867. 890. *μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω στερήσεται*, ubi haec est Scholiastae explicatio: „*τὸ μεθ' ἡμῶν ἄνω οἰκεῖν*. Cfr. Schol. Oed. Col. v. 934: *μετοίκους γὰρ εἶπε τῶν ὑψηλῶν τόπων τοὺς οἰωνοὺς ἀντὶ τοῦ ἐνοίκους*. Vid. Hoppe: De comparationum et metaphorarum apud tragicos Graecos usu p. 145. Berlin 1859.

**) Sententiam totius loci optime aperuit Ahrensius (Philol. I. Suppl. Heft II. p. 238), cuius verba haec sunt: „Den an dem heiligen Berge eines Gottes, etwa des Apollo oder Pan oder Zeus, nistenden Geiern sind die Jungen geraubt (von *ἀγρόταις* nach der offenbar zu Grunde liegenden Stelle Hom. Od. *π*, 216); schreiend kreisen sie hoch über ihrem Neste (*ὕπατοι λεχέων*), so daß sie dadurch dem auf dem Gipfel des Berges hausenden Gotte (*ὕπατος*) um so näher kommen und um so leichter von ihm gehört werden, und dieser, die Klage seiner Hausgenossen hörend, sendet den Frevlern (welche die Jungen raubten) die strafende Erinnys."

loci potius in participio *ὑποκλαίων* inesse idque recte a Casaubono in *ὑποκαίων**) mutatum esse arbitrer, quo recepto *οὔτε δακρύων* retineri poterit. Sic et trium vocabulorum copulatio poëtis non minus quam oratoribus usitata (*τριχοτομία*) servatur et necessaria sacrificiorum (*ὑποκαίων*) mentio libationibus (*ὑπολείβων*) adjicitur. Cfr. Suppl. v. 959. *Ἀργείοισιν εὔχεσθαι χρεὼν Θύειν τε λείβειν θ', ὡς θεοῖς Ὀλυμπίοις, Σπονδάς.* Niob. 137. *οὔτ' ἄν τι θύων οὔτ' ἐπισπένδων ἄνοις.* Hom. Jl. IX. 499 sqq. *καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσι λοιβῇ τε κνίσσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ.* Soph. Phil. v. 8. Objecti autem *ἱερά* omissio sequente *ἀπύρων ἱερῶν* facile excusari poterit. Vituperat quidem Ahrensius (l. l. p. 245) in hac scriptura verborum ordinem et participium *δακρύων*, quod tertio loco positum est, primo ponendum esse dicit, quippe quum is, qui culpae conscientia premitur, primum precibus flebilibus, deinde libationibus et hostiarum immolatione deorum iram placare studeat.**) Sed etsi participia *ὑποκαίων* et *ὑπολείβων* sedem suam rectius mutatura esse concedimus, quum *ὑπολείβων* minus valeat quam *ὑποκαίων*, *δακρύων* tamen suo loco positum esse jure contendimus, id quod ex iis, quae paulo infra de verbis *ἀπύρων ἱερῶν* disputabimus, facile apparebit. Quaeritur autem, quid praepositio *ὑπό* in hisce compositis significet. Ac Schneidewinus quidem nimium quantum a vero mihi aberrasse videtur, quum haec sic interpretatur: „Denn weder hinterdrein verstohlen (unter der Hand, im Gefühl begangener Schuld) sich den Göttern mit Brandopfern nahend noch mit Spenden, noch Thränen der Reue weinend wird Einer den gestrengen Groll der Götter ob unheiliger Opfer beschwichtigen," et sententiam hanc esse vult: „Wem die Götter wegen *ἄπυρα ἱερά* zürnen, der besänftigt sie weder durch *θυσίαι* noch *λοιβαί*, welche er *ὑποκαίει* oder *ὑπολείβει* d. h. womit er sich im Gefühl seiner Schuld wieder einschmeicheln möchte." Nam quamquam eiusmodi vis saepenumero inest in vocabulis cum *ὑπό* compositis, quid tandem causae est, cur quis scelere commisso libationes et sacrificia, quibus in deorum gratiam redire conatur, clam et furtim iis offerat? Engerus autem in glossario hoc afferens: „*ὑποκαίειν*, unterzünden, hier dazwischen, zwischen dem verübten Frevel und der erwarteten Strafe, anzünden, *ὑπολείβειν*, dazwischen Trankopfer spenden," etsi aptam e verbis sententiam elicuit, praepositioni *ὑπό* vim tribuit eam, quae ab ea aliena est neque exemplis probari poterit. Schneiderus denique quod causalem significationem ei subjicit (ein deßhalb Brand- oder Trankopfer Anstellender), habeat sibi. Ceteri interpretes quid existiment quum nesciam, dicam, quod ipse sentio. Constat, praepositionis *ὑπό* cum genitivo junctae potestatem saepenumero esse eam, ut rem significet, qua comitante aliquid fit, eodemque sensu multa verba composita usurpari, velut Edon. v. 51 *ὑπομηκῦσθαι*, Choeph. v. 1021 *ὑπορχεῖσθαι*, Prom. v. 574 *ὑποτοβεῖν*. In quam sententiam si interpretamur *ὑποκαίειν* et *ὑπολείβειν*, rem acu tetigisse nobis videmur. In antecedentibus enim de molestis periculosisque Trojanorum pugnis agitur, in quibus deorum *ὀργαὶ ἀτενεῖς* vel maxime cernuntur; dum utrimque pugnatur, Trojani deorum iram libationibus et sacrificiis placare conantur. Est igitur *ὑποκαίειν* et *ὑπολείβειν* dabei Brand- und Trankopfer anstellen.***)

Sequitur, ut doceamus, quid sint *ἄπυρα ἱερά*. Mire haec interpretatus est Schneiderus: „noch wird ein deßhalb Brand- oder Trankopfer Anstellender noch ein Weinender die heftige Begier (des Zeus und des Schicksals) nach feuerlosen Opfern (nach Schlachtopfern, welche im Kriege fallen und nicht wie Opferthiere als Brandopfer auf Altären dargebracht werden) beschwichtigen." Nam ut illud missum faciam, hanc vocis *ὀργήν* significationem plane esse inusitatam, quis tandem unquam

*) Commendatur haec conjectura lectione Aldinae *ὑποκλίων*, quum litterae Δ et Λ saepenumero permutentur.

**) Quod ipse conjecit pro *δακρύων* scribens *ἀνρύων* i. e. *σφάζων*, *θύων*, ingeniose ab eo et excogitatum et defensum est.

***) Naegelsbachio praepositio *ὑπό* videtur notionem habere *suppeditandi*, des Unterstellens zum Gebrauche. Cfr. Soph. El. v. 834. *ἐλπίδα ὑποφέρειν*. Aj. v. 262. *μεγάλας ὀδύνας ὑποτείνει*.

in pugna caesos tamquam sacrificia igne carentia opposuit victimis in ara crematis? ἄπυρα ἱερά etsi proprie dicuntur sacrificia *sine igne facta* i. e. *incruenta* (cfr. Pind. Ol. VII. 88 τεῦξαν δ' ἀπύροις ἱεροῖς ἄλσος ἐν ἀκροπόλει de Heliadis, qui obliti erant ignem ad sacra apportare. Eur. fr. inc. nr. 13 D. Valcken. Diatr. p. 43. Müll. Dor. I. p. 398*): hoc tamen loco propter participium ὑποκαίων non proprio, sed metaphorico sensa ἄπυρα accipere debemus, auctore usi Hesychio, apud quem legitur: ἀπύρου, ἀθύτου. Σοφοκλῆς Μυσοῖς. Praeter hanc Hesychii glossam si duos alios locos respicimus, quorum alter est apud Aesch. contr. Ctesiph. §§. 131. 132. ἀθύτων καὶ ἀκαλλιερήτων τῶν ἱερῶν, alter apud Soph. Antig. v. 992. ἐκ δὲ θυμάτων Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν, ἀλλ' ἐπὶ σποδῷ μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο, dubium esse non potest, quin ἄπυρα ἱερά Aeschylus ea dixerit sacrificia, quae quum ex iis flamma non clara et candida surgeret, diis parum accepta atque irrita essent. Ceterum quorsum haec ἄπυρα ἱερά pertineant, in eo valde dissentiunt interpretes. Atque Hermanno quidem chorus respicere videtur Iphigeniae immolationem, quam v. 140 similiter θυσίαν ἄδαιτον vocat, eique assentiuntur Dindorfius et Bambergerus, qui ἄπυρα ἱερά euphemistice dicta esse putat, quod ad hominem immolandum ignis nullus sit usus. At haec explicatio cum sententiarum nexu pugnat, ex quo de Agamemnone, qui Iphigeniam immolaverat, hoc loco agi non posse intelligimus. Neque magis probanda mihi videntur, quae recentissimi interpretes Engerus, Schneidewinus, Weilius ad haec verba explicanda attulerunt, qui ἄπυρα ἱερά ad sacra diis in nuptiis Paridis et Helenae oblata referentes, quae utpote nefaria dii spreverint, ἀπύρων ἱερῶν ὀργὰς interpretantur: „die unter Jubel begangene Hochzeit des Paris mit Helena, wobei die dem Brauche gemäß dargebrachten Opfer den Göttern mißfielen und nicht lustig brannten (innuptae nuptiae)." Etenim neque haec sacra nuptialia simpliciter ἱερά dici poterant neque dii propter illa ἄπυρα ἱερά irascuntur, sed jam prius irati ἱερά non accipiunt, ita ut ἄπυρα evadant. Quae quum ita sint, restat, ut de sacrificiis cogitemus, quae a Trojanis ac Paride ad depellenda pericula ipsis imminentia sine successu oblata sunt. Ad Paridem igitur, qui paulo ante nominatus erat, participia referenda sunt, non cum scholiasta et Hermanno ad omissum pronomen τίς. Genitivum autem ἀπύρων ἱερῶν non cum ὀργὰς conjungimus, sed potius absolute ut aiunt positum trahimus ad δακρύων totumque locum sic convertimus: „Weder Brand- noch Trankopfer anstellend noch weinend, indem die Opfer nicht brennen d. h. von den Göttern nicht angenommen werden, wird er den beharrlichen Zorn (des Zeus und der Götter überhaupt) besänftigen." Quam interpretationem si admiseris, simul intelliges, cur participium δακρύων non primo loco, id quod Ahrensius voluit, sed tertio demum positum sit. — ἀτενής *firmiter adhaerens* (cfr. Soph. Ant. v. 818. τάν, κισσὸς ὡς ἀτενής, πετραία βλάστα δάμασεν) translate significat *constans;* ἀτενής igitur ὀργή est ira, quae nunquam flectitur et avertitur. Vid. Ruhnk. ad Tim. Lex. p. 53.

In sequentibus versibus (v. 72—82) senes propter corporis infirmitatem domi se relictos esse sic queruntur:

> ἡμεῖς δ' ἀτίτᾳ σαρκὶ παλαιᾷ
> τῆς τότ' ἀρωγῆς ὑπολειφθέντες
> μίμνομεν, ἰσχὺν
> ἰσόπαιδα νέμοντες ἐπὶ σκήπτροις.
> ὅ τε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων
> ἐντὸς ἀνάσσων
> ἰσόπρεσβυς, Ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρᾳ κτλ.

In his vix dici potest quantum negotii fecerint criticis quum alia tum imprimis illud Ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρᾳ. Quae verba quamquam quid significare possint difficile dictu est omnibusque fere

*) Ex quibus locis quum appareat, nonnullis Diis ἄπυρα ἱερά facta esse, eorum sententia plane improbanda videtur, qui, velut Humboldtius et Wellauerus, de sacrificiis *neglectis* i e. *omnino non oblatis* cogitant.

recentioribus criticis corruptelae suspicionem moverunt, Hermannus tamen et Schneidewinus interpretando tueri conati sunt. Quorum ille ceterorum omnium explicationes jure ac merito improbans χώρᾳ de loco et numero, in quo quid habetur, accipiendum esse censet eamque interpretationem duobus locis Theognidis confirmare sibi videtur. v. 151.

> ὕβριν, Κύρνε, θεὸς πρῶτον κακὸν ὤπασεν ἀνδρί,
> οὗ μέλλει χώρην μηδεμίαν θέμεναι.

et v. 821.

> οἳ δ' ἀπογηράσκοντας ἀτιμάζουσι τοκῆας
> τούτων τοι χώρη, Κύρν', ὀλίγη τελέθει.

Sed illud si intelligi voluisset Aeschylus, paulo disertius haud dubie eum dicturum fuisse arbitror. Neque enim vox χώρα, pariter ac Latinorum *locus* vel *numerus*, hac potestate uti potest, nisi si aut epitheto aliquo ornata est aut illustratur genitivo addito. Cfr. Xen. An. V. 7, 28. ἐν οὐδεμιᾷ χώρᾳ εἶναι. Xen. Cyr. II. 1, 18. ἐν χώρᾳ μισθοφόρου εἶναι. Anab. V. 6, 13. ἐν ἀνδραπόδων χώρᾳ ἐσόμεθα. Accedit, quod ne sententia quidem ipsa verbis ab Hermanno subjecta satis est plana ac perspicua. Nec honorificentius judicandum videtur de Schneidewini interpretatione, qui Blomfieldium et Wellauerum secutus verborum hanc esse vim contendit: „*Mars non est suo in loco* (Mars ist dort nicht am rechten Platze, wie beim wehrhaften Manne)" Primum enim quod vocem χώραν de *loco* dictum putat, hanc confusionem vocabulorum χώρα et χῶρος non tragicorum esse recte jam monuit Klausenius. Deinde ne apud Herodotum quidem ceterosque scriptores prosaicos formulae κατὰ χώραν vel ἐν χώρᾳ μένειν, γίγνεσθαι, ἵστασθαι passim obviae illud denotant, quod Schneidewinus hoc loco amplexus est, sed usurpantur de iis, quae firma suo loco stant sive, ut Horatii verbis utar, *certa sede manent*. Denique sententiae, quam ex verbis elicuit, integritas mihi quidem suspecta est; nam si quid non *suo* i. e. commodo loco esse dicimus, vituperamus potius, quod aliquid locum obtinet, quam illud in loco esse negamus. Inepte igitur diceretur: „*Puerilis aetatis Mars* sive *virtus bellica non est suo in loco*," pro eo quod dici debuit: „*Mars* sive *virtus bellica deficit.*" *)

Quapropter quum nemini interpretum contigerit, ut eam quae necessario hic requiritur sententiam extunderet, multi hunc locum conjecturis sanare conati sunt atque omnibus fere ulcus in uno vocabulo χώρᾳ latere visum est. Omnes omnium conjecturas percensere ac refutare quum longum sit, satis habebimus paulo accuratius inspicere, quid Engerus et Karstenius ad locum emendandum proposuerint. Quorum ille scribendum esse suspicatur: Ἄρης δ' οὐκ ἔνι χωρεῖν „und es fehlt an Kraft sich fortzubewegen, zu gehen." At eiusmodi significatio vocabuli Ἄρης valde est dubia neque exemplis ab Engero probata; ubi enim Ἄρης de viribus ponitur, semper belli ratio habetur. Adde, quod cardo rei non tam in eo vertitur, ut aetati puerili vires ad eundum deesse chorus dicat, quam ut in illa aetate pariter atque in senectute facultatem ad bellum proficiscendi inesse neget. χερσίν vero, quod Karstenius scribit pro χώρᾳ, a vulgata librorum lectione longius recedit neque quum ea sanum sensum praebeat, a librariis in χώρᾳ mutatum foret. Quid plura addam? Persuasum mihi est, Aeschylum scripsisse: Ἄρη δ' οὐκ ἔνι χωρεῖν. Nunc jam habes eam, quam hic necessariam esse nemo non intelligit, sententiam: „*Quemadmodum pueri infirmiores sunt quam qui ad bellum proficisci possint, sic nos senes pueris similes propter corporis imbecillitatem in expeditione illa*

*) Non meliorem rationem ingressus est Naegelsbachius, qui quum Ernestius ad Callim. Hymn. Deliac. 198. ἐν χώρᾳ εἶναι id dici demonstrasset, quod suum locum obtineret, in suo quidque loco esset, eius auctoritatem secutus hanc miram, ne dicam absurdam verborum interpretationem proposuit: „Den Kindern ist der Kriegsgott nicht an seinem bestimmten Orte, d. i. nicht daheim."

Graecorum contra Trojam facta domi relicti sumus." Ac ne quis in accusativo Ἄρη a verbo χωρεῖν pendente haereat, vix opus est, ut illud moneam, verba motum ad locum indicantia saepe omissa praepositione εἰς cum simplici accusativo jungi. Cfr. Hom. Od. v. 55. ὅτι δὴ τὴν νῆσον ἀφίκετο. v. 189. ὅτε με χρειὼν τόσον ἵκοι. Aesch. Suppl. 235. χώραν μολεῖν. v. 551. ἱκνεῖται δῖον ἄλσος. Ag. 942. καὶ σοῦ μολόντος δωματῖτιν ἑστίαν. Eur. Phoen. 110. οὐ γάρ τι φαύλως ἦλθε Πολυνείκης χθόνα. Soph. Oed. Col. 643. δόμους στείχειν.

v. 87. τίνος ἀγγελίας
πειθοῖ περίπεμπτα θυοσκεῖς;

Quod Karstenius scribendum esse suspicatur περίπρεπτα i. e. *undique conspicua, splendida,* probabile quidem illnd, sed non ut necesse sit mutare περίπεμπτα, quo etsi alibi non legitur, nemo adhuc criticorum offensns est, quodque recte jam interpretatur Schnetzius: *sacrificia huc illuc missa* i. e. per omnia urbis altaria distributa. Clytaemnestra enim laeta de nuntio expugnatae Trojae allato in omnibus aris per totam urbem sacra paraverat, ut diis omnibus gratiam referret. Quod vocabulnm περίπεμπτα cur Karstenio frigidum esse et ad sacrificiorum splendorem, qnem chorus significat, depingendum parum convenire videatur, eo minus equidem perspicio, quod ipse ad vers. 39. haec adnotavit: „Post excubitoris discessum prodeunt famuli, maxime mulieres, ex aedibus regiis suffimenta apportantes et inter laetum ὀλολυγμόν aras *hic illic dispositas* accendentes. Mox tumultu excitus prodit Chorns senum Argivorum, qui senatum constituunt. Hi quum vident aras *tota urbe accensas,* ad regiam conveniunt causam rei sciscitaturi." — Quod spectat grammaticam rationem, qua adjectivi forma adverbii loco posita est, praeter locos a Blomfieldio allatos conferas Aesch. Suppl. v. 846. περιχριμπτὰ βρυάζεις.

v. 105. sqq. — ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει
πειθὼ μολπάν,
ἀλκὰν σύμφυτος αἰών.

Weilius quamquam universam loci sententiam recte intellexit eam esse, ut senes dicant, se gerere non jam posse res bellicas, dicere posse (κύριδός εἰμι θροεῖν v. 103.), in eo tamen vituperandus est, quod Bothii conjectura μολπᾶν ἀλκᾷ recepta verba in hanc sententiam interpretatur: *„Adhuc mihi divinitus suadam,* facnndae gratiam lingnae, *inspirat carminum robori cognata aetas.*" Quis enim unquam senectutem nominabit *aetatem carminum robori cognatam*, qnasi senectus sit natura ad canendum imprimis apta? Et quid sibi vult illud θεόθεν? Senilis enim aetas si ea est, cui carminum robur sua sit natura insitum, qnid anxilio divino ad canendum opus est? Divinitus ea potius mitti videntur, quae quis supra vires suas atque robnr tamen confidenter suscipit. Quae multa a multis admodum diversa de huius loci et lectione et interpretatione prolata sunt qunm percensere pigeat, statim expromam, quid ipse sentiam. Ac mihi qnidem codicum lectio ne littera quidem mutata videtnr retineri posse, dummodo sensum vocis ἀλκὰν recte constitnas. Constat autem, hoc vocabulum non semper de corporis viribus posse accipi, sed interdum ad animi robur atque fortitudinem referri. Soph. Antig. v. 1030. τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν; Cfr. Naegelsb. ad Hom. Jl. III, 45. Quam quidem significationem si huic loco adaptaveris et verba ἀλκὰν σύμφυτος αἰών commate sejunxeris ab illis ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει πειθὼ μολπάν: sine salebris mihi fluere omnia videntur, quum haec prodeat sententia; *„Adhuc enim* ἡ θεόθεν πειθώ i. e. fiducia, quam senes ex fausto prodigio divinitus oblato capiebant, *inspirat mihi cantum, fortem animum* ὁ σύμφυτός μοι αἰών i. e. τὸ γῆρας, ut recte vidit Scholiastes. Habemus igitur unnm verbum καταπνείει, sed duo et subjecta et objecta, qnae ut quis asyndeto (debebat enim ἀλκὰν δὲ σύμφυτος

αἰὼν dici) eo minus offendatur, chiasmi ordine collocata sunt (πειθώ — μολπάν, ἀλκὰν — σύμφυτος αἰών). Apparet autem, senibus opus fuisse animo forti, ne quid eorum, quae Calchas vaticinatus erat, proferre vererentur, quum aliquam eorum partem Clytaemnestra non sine magna quadam animi offensione audire posset (v. 143. μίμνει γὰρ φοβερὰ παλίνορτος οἰκονόμος δολία μνάμων μῆνις τεκνόποινος). Ac si quis forte miretur, quod senectus animum fortem inspirare dicitur, conferat ea, quae Cicero (Cat. Maj. c. 20. §. 72.*) de hac aetate praedicat.

v. 246—249. σὺ δ' εἴτε κεδνὸν εἴτε μὴ πεπυσμένη
εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν θυηπολεῖς,
κλύοιμ' ἂν εὔφρων· οὐδὲ σιγώσῃ φθόνος.

In his verbis summa est omnium librorum convenientia neque quidqnam ab aliis mutatnm, nisi quod pro εἴτε κεδνὸν εἴτε μὴ πεπυσμένη conjecit Auratus σὺ δ' εἴ τι κεδνόν, id quod praeter Blomfieldium nonnulli recentiorum editorum sine idonea causa receperunt. Sed ecce Karstenins, criticus ille in vitiis odorandis sagacissimus, emendatione opus esse censuit tribus potissimum argumentis permotus. Ac primum quidem verba εἴτε κεδνὸν εἴτε μὴ πεπυσμένη quum ita interpretetur, ut κεδνὸν in altero membro cogitatione repetendum esse censeat: „sive *bonum* sive *malum,* sive *laetum* sive *triste* quid acceperis," εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν praegressis verbis convenire negans scribendum esse suspicatur: νεαγγέλοισιν ἐλπίσιν. Quod quidem argumentum quam sit leve atque imbecillum, neminem fugiet, qui verba εἴτε κεδνὸν εἴτε μὴ πεπυσμένη recte interpretabitur. Veram eorum sententiam jam perspexit Schuetzius, cuius explicatio: *„Tu vero sive laetum nuncium acceperis sive non accepto fausti tantum nuncii spe sacrifices, lubens equidem audiam neque tamen, si taceas, gravabor,"* quid inepti habeat, equidem non video. Neque ab ea multum differunt, quae Schneidewinnus et Engerus ad locum explanandum afferunt. Ergo μή negatio non ad κεδνὸν trahenda est, sed ad participium solum πεπυσμένη pertinet, ita ut haec duo sacrificiorum genera distinguantur, nnum quod ex laeto nuncio revera accepto proficiscitnr, alterum quod Clytaemnestra somnio fortasse ad fausti nuncii spem impulsa paraverat. εὐαγγέλια enim in incertis quoque rebus ac dubiis sacrificasse veteres Stanlejus monuit coll. v. 602. λόγοις τοιούτοις πλαγκτὸς οὖσ' ἐφαινόμην. Ὅμως δ' ἔθυον. et Schol. Aristoph. in Equit. ἔθος ἦν τοῖς ἐν ἀγυιαῖς ἱσταμένοις θεοῖς ἐπὶ ταῖς ἐρχομέναις ἀγγελίαις θύειν, ὡς ἂν εἰ ἀγαθαὶ εἶεν, ἐπινεύσαιεν ταύταις, εἰ δὲ τοὐναντίον, ἀποτρέψαιεν. Quod autem Karstenius addit, chorum εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν recte dicturum fuisse, si praecessisset nihil nisi εἴ τι κεδνὸν πεπυσμένη, hoc prorsus ineptum est; nam ὁ κεδνόν τι πεπυσμένος non tam spe laeti nuncii quam grato animo ob acceptum nuncium ad sacra facienda impellitur. Est praeterea, cur Karstenii conjectura νεαγγέλοισιν mihi quidem non arrideat, sed vulgata lectio εὐαγγέλοισιν retinenda esse videatur. Etenim si id, quod Clytaemnestra ad chori verba respondet, accuratius excusseris, facile invenies, eam offensam, sive quod chorus reverentiae sibi debitae certos fines terminosque constituerat, sive quod laetum nuncium, quam regina acceperat, in dubium vocaverat (εἴτε μὴ πεπυσμένη εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν), verborum, quibus senes usi erant, haud pauca (εὐαγγέλοισιν — εὐάγγελος, εὔφρων — εὐφρόνης, πεπυσμένη — πεύσει) cum acerbitate quadam et arrogantia repetere. Recepta autem Karstenii conjectura νεαγγέλοισιν luculentissima illa verborum congruentia tollitur, quam inesse credo in εὐαγγέλοισιν et εὐάγγελος.

Venio nunc ad cetera vitia, quibus hic locus Karstenio videtur laborare. „Ineptum est,"

---

*) „Ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit quam adolescentia et fortior. Hinc illud est, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est, quum illi quaerenti, qua tandem spe fretus sibi tam audaciter resisteret, respondisse dicitur: senectute."

inquit, „quod chorus addit: *κλύοιμ' ἂν εὔφρων*: significat enim non, ut Stanlejus vult, ***lubens audiam***, sed ***benevolus audiam***. At qui ex altero aliquid audire cupiat, nunquam dixerit ***benevolus audiam***, sed ***benevolus dicas***; non enim in rogando, sed in respondendo cernitur benevolentia.“ Qua de causa *κλύοιμ' ἂν* corrigit in *λέγοις ἄν*, vitium inde repetens, quod quum hunc versum Bess. Flor. Farn. Turn. Clytaemnestrae tribuant, praefixum hoc *Κλυ.* in libris, coalesceus cum sequente verbo, scripturam *κλύοιμ'* pepererit. Quam quidem conjecturam (*λέγοις ἄν*) ut ingeniosam esse et sententiae perquam convenire fatemur, ita necessariam esse negamus. *εὔφρων* enim quum proprie is sit, cui mens bene se habet, non solum ***benevolum***, sed etiam ***laetum*** et ***hilarem*** significat. Exempla jam Homerus suppeditat. Jl. ο, 99. *εἴπερ τις δαίνυται εὔφρων*, Cfr. Soph. fragm. Terei apud Stob. Fl. 68, 19, 6. *ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' εὔφρονες, ὠθούμεθ' ἔξω*. Consentit cum hac significatione vox *εὐφροσύνη*. — Postremo idem V. D. offenditur in verbis quae sequuntur *οὐδὲ σιγώσῃ φθόνος* eaque recte dicta esse negat, quippe quum *φθονεῖν* non sit eius, qui repulsam ferat, sed eius, qui rogatus aliquid dicere recuset. (Cfr. Aesch. Sept. ad Theb. v. 480. *κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ μηδέ μοι φθόνει λέγειν*. Soph. Oed. R. v. 305. *σὺ δ' οὖν φθονήσας μήτ' ἀπ' οἰωνῶν φάτιν*. Eur. Med. v. 63. *τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιέ; μὴ φθόνει φράσαι*). Quod quamvis omnino recte disputatum sit, tamen inde non efficitur, hoc interpretationis genus omnibus locis adaptandum esse; immo reverentiae, qua chorus Clytaemnestram prosequitur, vel maxime convenit hoc eum addere: *οὐδὲ σιγώσῃ φθόνος* i. e. ***neque tamen tibi, si tacueris, succensebo***, idque cum iis, quae chorus jam v. 97. (*τούτων λέξασ' ὅτι καὶ δυνατὸν καὶ θέμις αἰνεῖν*) significaverat, plane congruit. Ceterum in eo, quod substituit] Karstenius *οὐδὲ σιγῶσα φθονοῖς* scil. *λέγειν*, vereor, ne multis illud *σιγῶσα* nimis abundanter, ne dicam inepte verbis *οὐδὲ φθονοῖς* (*ἂν*) *λέγειν* additum esse videatur.

v. 358—360. *πέφανται δ'ἐγγόνους*
ἀτολμήτων Ἄρη
πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως,
φλεόντων δωμάτων. —

Hanc vulgatam librorum lectionem depravatam esse, omnibus, opinor, praeter Klausenium persuasum est. Primum enim verbo caret, unde pendeat accusativus *ἐγγόνους*, quem si Klausenius verbo *πέφανται* adnectit, sic interpretatus: „***apparet per posteros***,“ mirum quendam accusativi usum comminiscitur, quem frustra defendere conatur duobus locis Sophocleis (El. v. 1273. *φανῆναι ὁδόν* et Aj. v. 877. *κέλευθον φανείς*), quorum longe alia est ratio. Deinde verbi *πέφανται* subjectum, quod quidem sententiae conveniat, vix reperias. Nam sive sequeris Klausenium, qui id, quod investigandum erat (v. 353.), apparere in tota sobole dicit, vel Schneidewinum verba sic interpretantem: „Deutlich hat es sich offenbart den Nachkommen der durch Uebermuth zu Frevel Verleiteten, daß jener Satz eine Gottlosigkeit ist,“ sive in Hermanni sententiam abibis, qui scribendum esse censet *πέφανται δ'ἐκγόνοις ἀτολμήτως Ἄρη πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως* et quid apparuerit, e superioribus intelligi vult, nempe divinam malefactorum animadversionem, quam chorus in mente habeat: nullam sani coloris sententiam ex hoc loco extuderis. Mire enim dictum esset, Jovis vindictam tunc non ipsis, qui deliquerant, sed natis eorum sive posteris apparuisse. Wundero (de Aesch. Agamn. p. 27.) dubium non videtur, quin verbis, quae paulo supra leguntur v. 355. *οὐκ ἔφα τις θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν, ὅσοις ἀθίκτων χάρις πατοῖθ'*, in quibus *μέν* particula suppressa sit, opposita haec sint *πέφανται δ' ἐγγ.* etc., ita ut ad *πέφανται* antecedens illa enuntiatio *θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν* etc. subjecti loco trahendum totiusque loci sensus hic sit: „***negarunt quidem non pauci, persona sua dignum ducere deos, curare mortales, a quibus, quae sancta et augusta essent, violarentur; qui quidem impii sunt; verum patefactum hoc est liberis intolerabiliter Martem spirantium supra quam fas erat.***“ Audio; sed haec ratio eodem quo Hermanni vitio laborat; Trojanis enim ipsis, qui tunc erant, non liberis eorum hoc patefactum esse dicendum erat. Cuius difficultatis aliqua ex parte minuendae viam ingressus est Lachmannus, qui correctione locum sic sublevare conatus est: *πέφανται δ' ἐς γόνους*, ita ut divina illa animadversio apparuisse dicatur usque ad posteros eorum pertinens, qui majorem quam fas erat Martem spirarent. Sed ut omittam pluralem numerum *γόνους* nusquam alibi ab Aeschylo adhibitum, majorum delicta saepenumero a posteris quoque tui quamquam verum est, in hoc tamen verborum contextu potissimum commemorandum erat, Paridem atque Trojanos ipsos Jovis vindictam expertos esse eorumque exemplo patefieri, hominum male facta non esse impunita; posterorum mentio ab hoc quidem loco aliena erat.

Generalis quam vocant sententia, qua improbos ipsos a diis castigari doceatur, quum in verbis quaerenda esse mihi videatur, non dubito, quin ad conjecturam confugiendum sit, ut eiusmodi sententia prodeat. Quaeritur autem, ubinam vitium lateat; dissentiunt critici, quorum alii *Ἄρη*, alii *ἐγγόνους*, alii utrumque corruptum esse judicant. Qui lectione *Ἄρη* offenduntur, uti Schoemannus (Emend. Agam. Aesch. p. 26.), praeeunte Emperio et Bambergero (Op. Phil. p. 46.) *Ἄρη πνεόντων* de Paride atque Trojanis dici potuisse negant, quippe quorum delictum non ex bellica quadam ferocia profectum sit, sed ex illius libidine, horum nimia securitate, quam diuturna felicitas opumque affluentia pepererit. Qua de causa Bambergero facillima mutatione scribendum videtur: *πέφανται δ' ἔκγονος ἀτολμήτων ἀρά* etc., qua voce *ἀρά* recepta et aptum verbo *πέφανται* subjectum additur et sententia rerum nexui accommodata elicitur: „***Apparuit rerum nefastarum soboles pernicies, si qui supra fas superbiant, si domus nimiis divitiis abundent.***“ Probatur hoc Schoemanno, nisi quod pro *ἔκγονος* legendum esse suspicatur *ἐγγὺς οὖσ'*, quam conjecturam, etsi ad librorum lectionem *ἐγγόνους* proprius accedit et accuratiorem numerorum aequabilitatem efficit, quum antistrophicus quoque versus *μελαμπαγὴς πέλει* in longam syllabam exeat, tamen non dubito, quin languidam plerique ac debilem habituri sint.

In eandem fere sententiam pro *ἐγγόνους* conjecit Ahrensius (Philol. 1859. I. Suppl. Heft IV. p. 514.) *ἐγκόνως* i. e. *ταχέως, ἐσπευσμένως*, sed sequentia *ἀτολμήτων Ἄρη* mutans in *ἀτολμήτῳ βάρει* longe alium ac Schoemannus verborum sensum esse statuit: „Sie (*οἱ θεοί*) sind aber schnell mit unwiderstehlicher Wucht offenbar geworden, wenn Menschen übermüthig trotzen.“ At violentius hoc subjectum intruditur. Pariter Weilii, recentissimi huius tragoediae editoris, emendatio: *πεφύσηται δ' ὁ νοῦς ἀτολμήτῳ θράσει*, licet sententiam praebeat commodam et cum ceteris consentientem, audacior tamen est, quam quae recipienda esse videatur. Atque etiam Fritzschius*), ut alia aliorum commenta praeteream, lectionem *Ἄρη* corruptam esse judicat eumque, qui primus illam interpolaverit, a locutione *μέγα πνεῖν*, ***superbire***, (Elmsl. ad Eur. Bacch. v. 640.) aberrasse censet ad *Ἄρη πνεῖν*, dictionem a Paridis ingenio prorsus alienam. Quod autem ipse *Ἄρης* reponi voluit hoc modo: *πέφανται δ' ἐκγόνοις ἀτολμήτων Ἄρης πνεόντων* i. e. „***apparuit autem posteris bellica virtus ignavorum justo vehementius inflantium, aedibus supra modum felicitate affluentibus,***“ idque ad Paridem referri jubet et ignavum in Jliade et gloriosum, illud mihi quidem perabsurdum videtur, quum quo tandem modo Paridis ignaviam ***posteris apparuisse*** chorus eo ipso quidem tempore dicere potuerit, prorsus non perspiciam. Accedit, quod eo sensu non *ἀτόλμητος*, sed *ἄτολμος* dicendum erat. Incidit in eandem conjecturam *Ἄρης* Karstenius, sed mutato *ἐγγόνους* in *ἐγγενής* longe aliter ac Fritzschius verba interpretatus est, de Marte tamquam vindice sceleri adhaerente cogitans. Quae quidem conjectura etsi a Maur. Schmidtio (Mütz. Ztschrft. X. p. 342.) vehementer impugnatur, vix verbis dici potest, quantopere re accuratius considerata ceteris anteferenda mihi videatur. Nam

*) De Aeschyli choro in Agamemnone v. 352 sqq. Rostock. 1859.

neque a librorum lectione multum distat et sententiam continet, quae cum antecedentibus bene componitur. Tragicos autem non solum bella, sed omne genus malorum ac perniciei a Marte repetere, ut easdem quasi quas *Δίκη* vel *Ἐρινύς* partes habeat, in vulgus notum est. Cfr. Musgr. ad Soph. Aj. v. 706. Qui *Ἄρης* si *ἐγγενὴς ἀτολμήτων* dicitur, ***scelerum quasi cognatus***, perpetuus eorum comes, habes imaginem colore poetico vere dignam. Verba quae deinde sequuntur *πνεόντων δωμάτων* genitivum efficiunt, qui vocatur consequentiae.

Attamen ne hac quidem conjectura, etsi facili atque ingeniosa, opus esse arbitror, quum *Ἄρη πνεῖν* Trojani recte dici possint, quippe qui divitiis inflati et in superbiam abrepti injusto Paridis patrocinio suscepto temere atque ardenter bello cum Graecis sese objecissent.*) Quae si recte disputata sunt, restat, ut vitium in uno illo vocabulo *ἐγγόνους* lateat. Ac mihi quidem in investiganda vera scriptura hoc maxime spectandum videtur, ut ex illo *ἐγγόνους* totius sententiae subjectum eruatur, quod ***perniciei*** significationem habeat. Quum autem in eiusmodi vocem, quae quidem metro conveniat, nondum inciderim, non respuo, donec meliora reperero, Hartungii emendationem, qui paucis litteris mutatis sagacissime scribendum esse suspicatur: *πέφανται δ' ἐκτίνουσα τόλμα τῶν Ἄρη πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως*. Quam emendationem si acceperis, neque verbum *πέφανται* subjecto carebit et generalem illam, quam hoc loco utique desiderari diximus, sententiam habebis, qua deorum providentia in castiganda improborum superbia doceatur. Quapropter miror neminem praeter Engerum et Rauchensteinium (Jahn. Annal. XXVI. p. 545.) huic correctioni album adjecisse calculum.**)

Jam vero videamus cetera, quae proxime sequuntur. In libris ita legitur et interpungitur:

— — — — — *ὑπέρφεν*
ὑπὲρ τὸ βέλτιστον ἔστω δ' ἀπή —
μαντον, ὥστε κἀπαρκεῖν,
εὖ πραπίδων λαχόντα.

Quod pro eo conjecit Hermannus: *ὑπέρφεν· ὅπερ τὸ βέλτιστον*, eo nihil ab hoc loco alienius excogitari potuit. Quum enim Trojani ob nimias divitias superbientes ac repudiatis pacis conditionibus ad bellicum ardorem abrepti esse dicantur, nimia illa opum affluentia non eadem optima ac praestantissima praedicari poterit. Neque vero audiendi sunt Engerus et Schneidewinus, qui receptam Hermanni conjecturam ea re defendere conantur, quod adverbium *ὑπέρφεν* hoc loco non cum vituperatione quadam positum esse affirmant; vituperationem enim revera inesse et vocis etymologia et sententiarum nexus docet. Retinenda igitur est librorum lectio *ὑπέρφεν ὑπὲρ τὸ βέλτιστον*, in qua adverbio *ὑπέρφεν* per epexegesin addita videntur verba *ὑπὲρ τὸ βέλτιστον* ***„nimis ultra id quod optimum est,“*** nisi cum Karstenio malueris scribere *ὑπέρ, φεῦ, ὑπὲρ τὸ βέλτιστον*. Ne autem illud *ὑπὲρ τὸ βέλτιστον****) otiosam vocis *ὑπέρφεν* explicationem sapiat, similia conferri possunt, quae apud Graecos inveniuntur multa (Soph. Trach. *ἀρτίως νεοσφαγής. πάλιν αὖθις.* Vid.

---

*) Aliam vulgatae lectionis *Ἄρη πνεόντων* tuendae viam ingressus est Boegerus (De primo stasimo Agamemnonis Aeschyleae. Koenigsb. i. d. N. 1856. p. 14.), qui coll. Plut. Amat. P. II. p. 757. B.: *τὸ μαχητικὸν ἐν ἡμῖν καὶ θυμοειδὲς Ἄρην κεκλῆσθαι νομίζουσι*, Atticist. in Villois. anecd. gr. p. 84.: *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἄγριος καὶ ἀνήμερος Ἄρην πνέει λέγουσι*, Cic. ad Quint. fr. III, 4.: „imprimisque *Ἄρη πνέων* Scaevola,“ vocabulo *Ἄρης* vehementissimae cuiusque cupidinis vim tribuens Trojanos *ἀτολμήτων Ἄρη πνέοντας* dici existimat, quia rerum non audendarum vehementior in iis erat cupiditas.

**) Ahrensius (l. l.) hanc Hartungii conjecturam et linguae et rei metricae legibus repugnare dicit, causis cur hoc judicium tulerit, non allatis.

***) Plut. C. Gracch. c. 8. *χαριζομένη ὑπὲρ τὸ βέλτιστον*, Plat. Phaedr. p. 233. A. *παρὰ τὸ βέλτιστον*.

Born. ad Xen. Symp. p. 178.). Videntur enim veteres interdum ad rem fortius exprimendam pleonasmo quodam usi esse, et magnopere falluntur, qui nisi diversae significationis verba vident, pleonasmum vituperatione dignum judicant, quasi non intensiva quoque vis notionum interdum augeri et possit et debeat.

Reliqua quae sequuntur sine dubio sic scribenda sunt: *ἔστω δ' ἀπήμαντον* (scil. *τοσοῦτον*), *ὥστ' ἀπαρκεῖν εὖ πραπίδων λαχόντι* i. e. ***innoxium atque incolume sit tantum, ut sapienti sufficiat,*** deleta quae in omnibus fere libris legitur particula *καί*, quippe quae molesta sit ac vix probabili ratione explicari possit. Quod autem Blomfieldius sese dubitare dicit, utrum illud *κἀπαρκεῖν* ab *ἐπαρκεῖν* ducendum sit an ab *ἀπαρκεῖν*, non dubium est, quin descendat ab *ἀπαρκεῖν*, cuius activa forma ***sufficere*** vel ***satis esse*** significat. Cfr. Aesch. Pers. v. 469. Soph. Oed. Col. v. 1769. Sententiam, si quid video, non probandam elicuit Engerus, qui in *κἀπαρκεῖν* verbum *ἐπαρκεῖν* inesse ratus locum sic interpretatur: „Der Reiche darf so wenig aus Uebermuth verletzen, daß er sogar nützen soll.“ Neque enim de utilitate divitiarum hic agitur, sed commendatur aurea illa mediocritas, quae quamvis divitiarum copiis non affluat, eadem tamen tutior sit atque extra periculum calamitatum, quae summas opes maneant, constituta, ut facile in ea acquiescat, qui sapiens sit et modestus. Nec minus fallitur Karstenius, quum et ipse verbum *ἐπαρκεῖν* amplexus virgula post *ἀπήμαντον* sublata verba hoc ordine jungenda esse censet: *ἔστω δ' ὥστ' ἐπαρκεῖν ἀπήμαντον καὶ εὖ πραπίδων λαχόντα*, ita ut particulae *καὶ* quod dicitur hyperbaton etiam latinis poetis maximeque Horatio haud infrequens (***„contingat, ut sospes et valeam sanae mentis compos“*** pro ***„ut valeam sospes et sanae mentis compos“***) in iis deprehendere sibi videatur. Quamquam enim ad sententiam nihil est, quod in hac interpretatione reprehendi queat, neglexit tamen V. D., in ea non solum particulae ***καί***, sed etiam particulae *ὥστε* hyperbaton statuendum esse, quo quidem duplici hyperbato timeo ne nimis contortum dicendi genus exoriatur. Adde, quod ea vis, quam verbo *ἐπαρκεῖν* subesse putat, ut idem significet quod ***valere***, perquam dubia est; certe de Sophoclis loco ab eo allato (Antig. v. 608.) adhuc sub judice lis est. Quam denique Fritzschius (l. l.) scribendi et explicandi huius loci rationem proposuit: *ὅπερ τὸ βέλτιστόν ἐσθ' ὧδ' ἀπήμαντον, ὥστε κἀπαρκεῖν* i. e. ***„Res, quacum optime agitur, sic ipsa salva est, ut etiam juvare possit bonae mentis compotem,“*** ea quid sibi velit, non plane perspicio.

v. 370. sq. *βιᾶται δ' ἁ τάλαινα πειθώ*
προβουλόπαις ἄφερτος ἄτας.

Veram loci sententiam a multis male intellectam breviter ac commode exposuit Fritzschius (l. l.), qui *πειθώ* suadelam eandemque culpae excusationem (die Beschönigung der Schuld) interpretatur atque inde causam repetit, cur *παῖς ἄτας*, culpae filia, nominetur. Quamquam quod spectat epitheton *προβουλόπαις*, Karstenius et Weilius praeeunte Hartungio verum videntur vidisse, quum vocem esse censent conflatam e duabus notionibus, quae coire non possint, eamque defendi posse negant vocabulis similiter formatis, veluti *αἰνοπατήρ* Choeph. v. 318., *ἀμβροτόπωλος* Eur. Troad. 536., *χαυνοπολίτης* Arist. Acharn. 635., quippe quae ita conjuncta sint, ut quasi una efficiatur notio. Quae quum ita sint, uterque scripsit *πρόβουλος, παῖς ἄφερτος ἄτας*; Hartungius *προβουλον* praetulit.

v. 448. .... *βάλλεται γὰρ ὄσσοις*
Διόθεν κεραυνός.

Ut praetermittam Klausenium, qui verba sic interpretans: ***„ejicitur oculis a Jove fulmen“*** oculis tribuit, quod non potest tribui nisi dextrae Jovis, ne Hermanni quidem defensio vulgatae lec-

tionis audienda erit: *„Ὄσσοις* ita addit, ut lumine oculorum et luce vitae privatos dicat; referuntur enim haec ad *τιθεῖσ' ἀμαυρόν* et *ἐν ἀΐστοις τελέθοντος.*“ Neque enim dubium est, quin chorus, si vitae privationem intelligi voluisset, aptius *στέρνοις* quam *ὄσσοις* fulmen injici dicturus fuerit, quum fulmine Jovis si hominum oculi feriuntur, de occaecatis potius cogitemus quam de interemtis.*) Quapropter hodie omnes, opinor, illud *ὄσσοις* non ferendum esse arbitrantur atque faces praeferente Lobeckio ad Ajacis ed. sec. p. 344. in eo conveniunt, sententiam hoc loco desiderari parem Horatianae *„feriuntque summos fulgura montes.“* Quae ut prodiret, alii alia commenti sunt. *ἆσσον* quod conjecit Rauchensteinius parum mihi placet, quum quid comparativus sibi velit nesciam; ea certe sententia, quam ille verbis *βάλλεται γὰρ ἆσσον Διόθεν κεραυνός* tribuit: *„ut quaeque res maxime excellit, ita obnoxia est fulminis ictui,“* quamquam sana est et accommodatissima, e verbis elici non potest. Multo magis probarem Hauptii emendationem, receptam illam a Karstenio: *„βάλλεται περισσοῖς Διόθεν κεραυνός,“* nisi particula *γάρ* hoc loco prope necessaria videretur. Scripcisse Aeschylum jam dudum suspicor: *„βάλλεται γὰρ ὄχθοις Διόθεν κεραυνός,“* id quod a librorum scriptura non multum distat et ad sententiam est aptissimum. Vox *ὄχθος* de tumulis et montibus iisque summis a tragicis usurpari notum est. Hanc conjecturam, in quam et ipse incidit, miror, cur Weilius improbaverit; quam enim notionem requiri dicit, *τὰ ὑπερέχοντα, τὰ ἄκρα*, ea ipsa in vocabulo *ὄχθοις* sine dubio inest.

v. 464 sq. *πιθανὸς ἄγαν ὁ θῆλυς ὅρος ἐπινέμεται*
ταχύπορος, ἀλλὰ ταχύμορον
γυναικογήρυτον ὄλλυται κλέος.

Credulitatem mulierum hoc loco reprehendi facile apparet; sed verba *ὁ θῆλυς ὅρος ἐπινέμεται* interpretari est difficile. Fuerunt, qui scholiastae explicationem: *„περιφραστικῶς ἡ γυνή, ὡς ταὐτὸν ὂν γυναῖκα εἰπεῖν καὶ ὅρον αὐτῆς* (definitionem eius) *ἐκθεῖναι* quamvis ridiculam probarent. Klausenius eam neque plane falsam neque omnino veram esse judicans quum ita corrigit, ut *τὸν θῆλυν ὅρον* interpretetur *„ambitum mentis muliebris“* i. e. *fines, quibus ea continentur, quae creduntur et cogitantur a muliere,“* verbis subjicit sententiam mihi quidem parum perspicuam. Neque magis probanda erit Schuetzii interpretatio: *„ὁ θῆλυς ὅρος est opinio mulieris de re quadam gesta, quam ea summa cum fiducia verissimam esse decernit ac definit,“* quum pateat, Aeschylum si hoc exprimere voluisset, alio usurum fuisse vocabulo. Alii denique praeeunte Hermanno *ὅρον decretum* esse volunt et ad sacrificia Clytaemnestrae jussu per urbem instituta referunt. At quamquam Hesychii (*ὅρος: νόμος, θεσμός*) auctoritate permoti vocabulo *ὅρος decretum, jussum* significari posse concedimus, ab hoc tamen loco istam significationem alienam esse judicamus, quum parum liqueat, quid sibi velit eiusmodi sententia: *„Valde credulum* aut (si Schuetzium secuti adjectivo *πιθανός* transitivam vim tribuimus) *ad persuadendum accommodatum muliebre decretum cito grassatur.“* Quid enim? Muliebre decretum num facilius celeriusque grassatur quam virile? Quae quum ita sint, nisi forte assentiris Fritzschio, qui cum metro haec verba bene conveniant, notissimam Aeschyli obscuritatem potius quam librariorum stuporem accusandum esse arbitratur, emendandi fortuna expe-

---

*) Seidenstueckerus (Commentatio de nonnullis Aeschyli Agamemnonis locis. Soest. 1854.) quum et ipse miretur, cur oculi potissimum feriri dicantur, et hoc inepte dictum esse censeat, pro ὄσσοις facillima sane mutatione ὅσσοις scribi jubet, ita ut haec verba exclamantis sint: *„Quam multi tales homines a Jove fulmine feriuntur!“* Friget hoc omninoque ὅσος aliquanto rarius, quam interpretibus visum est, exclamationibus inservit. Cfr. Herm. ad Aesch. Pers. v. 862. Accedit, quod jure quaerimus, unde illud *„tales“* suppleri possit.

rienda est, praesertim quum illa obscuritas hoc quidem loco facillime tolli possit recepta Blomfieldii conjectura *ἔρος*. Nimirum mulieres Argivae reditum Graecorum exspectantes in hac cupiditate cuilibet rumori hunc reditum nuncianti facile fidem habebant, quoniam omnes quae cupimus facile vera esse credimus. *θῆλυς θροῦς*, quod Hartungius scribi mavult, etsi notionem praebet huic loco aptissimam, quum de rumore inani vel sermone anili agatur, qui celeriter per mulierum ora vagatur et facile creditur, metro tamen repugnante rejiciendum videtur.

v. 602—607. *Κήρ.* *ἀνὴρ ἄφαντος ἐξ Ἀχαιικοῦ στρατοῦ*
αὐτός τε καὶ τὸ πλοῖον. οὐ ψευδῆ λέγω.
Χόρ. *πότερον ἀναχθεὶς ἐμφανῶς ἐξ Ἰλίου,*
ἢ χεῖμα, κοινὸν ἄχθος, ἥρπασε στρατοῦ;
Κήρ. *ἔκυρσας ὥστε τοξότης ἄκρος σκοποῦ·*
μακρὸν δὲ πῆμα ξυντόμως ἐφημίσω.

Verba *πότερον ἀναχθείς . . . . . στρατοῦ* ita comparata sunt, ut neminem praeter Karstenium in hac codicum scriptura offendisse mirum sit. Ac primum quidem in priore interrogationis disjunctivae membro verbum finitum aegre desideratur; nam quod dicunt ex antecedentibus *ἀνὴρ ἄφαντος* scil. *ἐγένετο* supplendum esse, id parum habet concinnitatis, quum alterum membrum suum ipsius verbum (*ἥρπασε*) habeat. Deinde, id quod maius est, duo sibi opponuntur membra, quae minime sunt opposita, quia Menelaus una cum ceteris ab Jlio manifesto avectus tempestate tamen deprehensus a ceteris separari potuit. Neque id fugisse videtur Hartungium, qui verba hunc in modum interpretatus:

Und ist er sichtbar abgeschifft von Jlion?
Hat ihn, ein allgemeines Kreuz, ein Sturm gepackt?

in adnotationibus de suo addidit: „Der Sinn ist: Hat er sich sogleich bei der Abfahrt von Euch getrennt, oder hat ihn erst auf dem Meere ein Sturm von der Heeresflotte weggerissen?“ At quantumvis verba, qualia quidem nunc sunt, torqueas, vereor, ne istam oppositionem in iis frustra quaeras. Accedit denique, quod ea, quae praeco respondet: *ἔκυρσας ὥστε τοξότης ἄκρος σκοποῦ* bipartitae interrogationi non conveniunt, sed chorum una interrogatione rem acu tetigisse demonstrant. Quae si recte disputata sunt, non videtur dubium, quin in verbis *πότερον ἀναχθεὶς ἐμφανῶς* etc. vitium aliquod lateat emendatione sanandum. Equidem non quo verum mihi invenisse videar, sed ut proferam, quod a poeta certe dici potuit, locum sic refingo:

πότερον ἀναχθέντ' ἐμφανῶς ἐξ Ἰλίου
Χειμῶνα, κοινὸν ἄχθος, ἁρπάσαι στρατοῦ;

In quibus infinitivus *ἁρπάσαι* pendet e verbo *λέγεις*, quod ex antecedentibus *οὐ ψευδῆ λέγω* facile suppleri poterit. Ac ne quis in particula *πότερον* haereat, quippe qua Graeci vix utantur nisi in interrogationibus disjunctivis*), pauca explicationis causa videntur addenda. Nimirum

---

*) Fuerunt, qui Graecos hac particula interdum etiam in simplici interrogatione usos esse dicerent; sed in iis locis omnibus quos afferunt alterum interrogationis membrum vel cogitatione addendum vel ex reliqua oratione eliciendum videtur. Vid. Kühner ad Xen. Mem. IV. 4, 7.

chorus non simplicem interrogationem proponere voluit, sed hanc fere bipartitam: *Utrum ex Jlio una cum ceteris profectus tempestate ab exercitu disjectus est an singulari quadam calamitate interiit?* Quod ut credam, adducor etiam verbis *κοινὸν ἄχθος*, quorum contrario aegre caremus. Sed quum jam priore interrogationis membro verum chorus invenisset, praeco eum interpellat verbis: *ἔκυρσας ὥστε τοξότης ἄκρος σκοποῦ.* Vera loci natura non perspecta librarii propter particulam *πότερον*, ut disjunctivam interrogationem absolverent, illud ἦ inserentes reliqua sua ratione mutaverunt.

Schulnachrichten

von

Ostern 1862 bis Ostern 1863.

A. Allgemeine Lehrverfassung.

Prima.

Ordinarius: Sommersem. Dr. Kämpf.
Wintersem. Oberlehrer Lenhoff.

1) Religion. Leben und Lehre Jesu. Brief an die Römer nach dem Grundtexte, 2 St., der Direktor.
2) Deutsch. Literaturgeschichte des Mittelalters bis zur Reformation. Alle 4 Wochen ein Aufsatz. Soweit es die Zeit gestattet, freie Vorträge und Uebungen im Disponiren, Sommers. 2 St., Winters. 3 St., Dr. Bode
3) Latein. Sommers.: Cicero orat. Philipp. II., Privatlectüre von Livius lib. XXIX., 3 St., Professor Dr. Kämpf. Horatius Od. lib. III. mit Auswahl, 2 St., Oberlehrer Lenhoff. Wiederholung der Lehre vom Gebrauche der Tempora nach Zumpt Kap. 76. Aufsätze, Exercitia u. Extemporalia, 3 St., Prof. Dr. Kämpf. — Winters.: Cicero de offic., 3 St. Privatl. Sallust. Jugurtha, Horat. Od. lib. IV. mit Auswahl, 2 St. Wiederholung von Zumpt's Grammat. Kap. 78. Aufsätze, Exercitia und Extemporalia, 3 St., Oberlehrer Lenhoff.
4) Griechisch. Sommers.: Sophocl. Ajax, Privatlektüre von Hom. Il. lib. I—IV., 3 St., der Direktor. Demosthenes Philipp., Reden mit Auswahl, 2 St. Grammat. nach Krüger. Exercitia u. Extemporalia, 2 St., Prof. Dr. Kämpf. — Winters.: Platon. Phaedo u. Homer. Ilias privatim, lib. VII.—XII., 2 St., der Direktor. Demosth. de corona, 2 St., Grammatik nach Krüger, Exercitia u. Extemporalia, 2 St., Oberlehrer Lenhoff.
5) Hebräisch. Anfangsgründe der Syntax nach Gesenius. Grammat., verbunden mit Exercit. nach Mezgers Uebungsbuch und Anfertig. von Uebersetzung u. gramm. Erklärung nicht gelesener Abschnitte des A. T. Lectüre im Sommers.: 1. Buch der Könige, im Winters.: die Psalmen von 1—50 mit Auswahl, 2 St., Professor Könitzer.
6) Französisch. Wiederholung und Ergänzung der Syntax nach Ploetz, Thl. II. mit wöchentl. abwechselnden Extemporal. und Exercit. Lectüre aus der Chrestomathie von Ideler und Nolte, Thl. III., 2 St. Sommers. Oberlehrer Lenhoff, Winters. Dr. Bode.

7) **Mathematik.** Winters.: die Elemente der Stereometrie nach Cambly, 2 St., die Lehre von den Progressionen, Reihen und Funktionen, mit genauer Begründung der Lehre von den Logarithmen, 2 St. — Winters.: Anwendung der Algebra auf Stereometrie, 2 St., die Lehre von den syntakt. Operationen mit Anwendung auf dahin einschlagende Aufgaben, 2 St., Prof. Könitzer.

8) **Physik.** Sommers.: Die Lehre von den allgemeinen Eigenschaften der Körper nebst Statik und Mechanik der festen Körper. — Winters.: Chemische, magnetische und elektrische Erscheinungen nach Koppe, 2 St., Prof. Könitzer.

9) **Geschichte.** Neuere Geschichte von 1492—1815 und Repetition der griechischen Geschichte u. der neueren Geschichte bis 1740, 3 St., Dr. Bode.

Secunda.

Ordinarius: Sommers. Oberlehrer Lenhoff.
Winters. Dr. Bode.

1) **Religion.** Im Sommers.: Uebersichtl. Geschichte des Volkes Israel. Im Winters.: Das Evang. Johannis nach dem Grundtexte, 2 St., der Direktor.

2) **Deutsch.** Im Sommers.: Lectüre aus Schiller mit vorangeschickter Charakteristik des Dichters. Alle 3 Wochen ein Aufsatz. Uebung im Declamiren, 2 St. Im Sommers. Dr. Bode, im Winters. Lehrer Meyer.

3) **Latein.** Sommers.: Cicero Cato Maj., 3 St. Livius lib. VII., 28. bis zu Ende, lib. VIII. Kap. 14., 2 St. Syntax nach Zumpt. Exercitia und Extemporalia 3 St., Oberlehrer Lenhoff. Virgil. Aen. lib. VI. verbunden mit metr. Uebung, 2 St., Prof. Dr. Kämpf. — Winters.: Cicero orat. pro Sext. Roscio Amerino, 3 St. Livius lib. I., 2 St. Grammatik nach Zumpt, Exercitia und Extemporalia, 3 St., Dr. Bode. Virgil. Aen. lib. VII. verbunden mit metr. Uebung, 2 St., Lehrer Meyer. Privatlectüre aus Corn. Nep. Sommers. Oberlehrer Lenhoff, Winters. Dr. Bode.

4) **Griechisch.** Sommers.: Wiederholung der unregelmäßigen Verba. Syntax nach Krügers Grammatik. Exercitia und Extemporalia. Lectüre aus Plutarch Themistocl. (Schluß), u. Pericles, 2 St., Oberlehrer Lenhoff. Homer. Odyss. lib. I—III. und privatim XIII—XV., 2 St., der Direktor. — Winters. Wiederholung der Formenlehre. Syntax nach Krüger's Grammatik, Lectüre Xenoph. Hellen. lib. I., 2 St., Lehrer Meyer. Hom. Odyss. lib. VII—XII. incl. Privatlectüre, 2 St., der Direktor.

5) **Hebräisch.** Grammatik und Anleitung zum Uebersetzen nach Gesenius. Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen in's Hebräische nach Mezger's Uebungsbuch, 2 St., Professor Könitzer.

6) **Französisch.** Syntax nach Plötz, Thl. II., Exercitia und Extemporalia, Lectüre aus der Chrestomathie von Vinet, Thl. II., 2 St. Im Sommers. Oberlehrer Lenhoff, im Winters. Dr. Bode.

7) **Mathematik.** Im Sommers.: Wiederholung des geometrischen Cursus der Obertertia, Weiterführung bis zur Kreisberechnung incl., 2 St. Die Anfangsgründe der Algebra bis zur Lösung der leichteren Gleichungen des zweiten Grades, 2 St. — Im Winters.: Wiederholung der Lehre von den Potenzen und Wurzeln und die Lehre von den Logarithmen, 2 St. Die Elemente der ebenen Trigonometrie nach Cambly's Leitfaden, 2 St., Professor Könitzer.

8) **Physik.** Die Lehre vom Magnet, Licht und Wärme nach Koppe's Lehrbuch, 1 St., Professor Könitzer.

9) **Geschichte.** Sommers : Römische Geschichte von den Gracchischen Unruhen bis zum Tode August's, Hauptmomente der Kaisergeschichte, Geographie von Alt-Italien. — Winters.: Geschichte Griechenlands bis zum peleponnesischen Kriege, Geographie von Alt-Griechenland, Repet. der Röm. Geschichte, 3 St., Dr. Bode.

Ober-Tertia.

